



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Legia Catholica**

**Roberti, Johannes**

**Leodii, 1633**

10. Seuerinus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64596)

*Præsulatui mercenarius immergeret, donec per reuelationem I E S V Christi cominus electio, idoneum Doctore, & Episcopum animarum suarum inueniret. Hæc Ægidius: qui merito, vt mirum notat, totum septennium, post Valentinii excessum, Tungrensem Ecclesiam, Pastore viduam, perseverasse, nemine auso, tanti Præsulis tam serium interdictum migrare.*

### X. S. S E R V A T I V S.

**I**Lias mihi texenda sit, si huius Herois res gestas, & virtutes scribere aggrediat. Sed pro meo instituto, solum ea tradam, quæ Catholicum, & Catholicæ Fidei acerrimum defensorem, & promotorem probent. Missarum solennia quotidie celebrabat:

CATHOLICA. IS  
brabat : Linguarum Donum  
diuinitus acceperat , quo non  
nisi in instruendis Ethnicis ,  
Christianisve utebatur : nam  
cum in quotidianis sermonibus  
sine Interprete à Barbaris non  
intelligeretur ; vbi tamen diui-  
na tradebat, omnes, tamquam si  
cuiusq; peculiare idioma usur-  
paret, sine difficultate eum ca-  
piebant. Præter hoc ingens mi-  
raculum, plurima alia cuiusque  
generis frequenter patrabat.

Prophetiæ spiritu, occulta,  
absentia, futura præsentiebat. &  
in his, Hunnorum in Gallias  
irruptionem, atque ex eâ mul-  
torum populorum, Tungro-  
rum maxime, ruinam. Hæreses  
omnes, sed potissimum Aria-  
nam, exagitauit, confutauit,  
profligauit. Euphraten Colo-  
niensem Metropolitanum, coa-  
cto

cto inibi Concilio, damnauit,  
 & damnari ab alijs curauit, ac  
 de sede deturbari, quod Arij lue  
 infectus esset, neque resipisce-  
 re vellet. Non est silenda eius  
 sententia, quæ in eâ Synodo, ex  
 sacrosancto illo ore audita est.  
*Nos Pontifices, inquit, crimi-  
 nis arguimur, si Hæreticos in  
 Ecclesiâ Dei regnare pati-  
 mur. Euphraten igitur, qui  
 Christum Saluatorem nostrum,  
 negauit esse Deum, censeo,  
 Christianis Episcopum esse nõ  
 posse: neque illum Christia-  
 num esse iudicandum, qui  
 eius confinitimus fuerit in-  
 uentus.*

Romam idem B. Seruatius  
 profectus, Apostolorum Petri,  
 & Pauli limina veneratus est,  
 hoc maximè intentius efflagi-  
 sans, vt eorum precibus flexus,

ira-

iratus mortalibus Deus, Hunnensem cladem à Galliâ, & & Tungris potissimum auerteret.

Eo in itinere, B. Auctore Me-tensem Antistitem adiit: vbi Altaris lapidē, eximiè elegantem, sed casu ruente trabe confra-ctum, ducto per fragmenta di-gito, pristinâ integritate resoli-dauit.

Rome tum Principum Apo-stolorum; tum aliorum quoq; Sanctorum patrocina sancto ambitu expetijt: responsa diui-nitus accepit, atque etiam de o-bitu, & tumulo suo edoctus est. Neque plura de hoc Sancto addam.

S. Seruatio ad æternas Bea-torum sedes translato (quod iu-xta certio-rem Chronologiam contigisse putamus circa Chri-  
sti

sti annum 383.) obscura, & inexplicabilis ferè est Episcoporum Tungrensium, per annos 114. successio: propiusque verò est, sævientibus persecutionibus nullos fuisse veri nominis Episcopos, vsque ad annum 497.

Annotabo tamen eorum nomina, quos quidam tradunt S. Seruatio successisse. Ij sunt Agricolaus, Ursicinus, Designatus, siue Resignatus, Renatus, Supplicius, Quirillus, Eucherus, Falco, Eucharis. Quorum primus Agricolaus, in Synodo primâ Aurelianensi, S. Seruatio suffectus ponitur.

## XX. S. DOMITIANVS

**R**educta post tot tempestates, in Ecclesiam, pacis serenitate, & Christianâ Religione flo-  
rente